

www.e-rara.ch

**Antonii van Dale ... Dissertationes de origine ac progressu idololatriae
et superstitionum: de vera ac falsa prophetia; uti et de divinationibus
idololatricis Judaeorum**

Dale, Antonius van

Amstelodami, 1696

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-5124>

Caput VI.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

omnes apparitiones Angelorum. Verum in totum omnes malos Dæmonas (ut jam ante notaveram) imo & ipsam resurrectionem (fundamentum sane nostræ fidei) non negarent tantum, verum & irriderent; uti patet ex interrogatione Salvatori nostro proposita, Matth. cap. XXII. v. 24. &c. & Marci cap. XII. v. 23. &c.

C A P. VI.

Judæorum modo nominatorum commenta de Diabolis, de Lilith, aliisque ejusdem commatis figmentis: de Dæmonibus seu Diabolis masculini sexus ab Adamo, ac foemini ab Eva, procreatis. De Diabolis secundo Creationis die creatis: de Sammaële, Asmodæo &c. De Azazele, ac Judæis Diaboli per munera corruptoribus. De Diabolis a Nahema sorore Tubalcain procreatis. De Angelis e cælo ad filias hominum delapsis, ac Diabolis hinc enatis. De Interpretationibus Græcis tam ratione locorum Esaie XIII. & XXXIV. quam & aliorum; collatis interim & aliis Interpretibus.

QUæ de origine Dæmonum malorum ulterius confinxerunt *Pharisæi* ipsorumque sequaces *Talmudici*, sunt; *Adamum* cum a Deo reprehenderetur, quod de arbore vitæ comedisset, fuisse simul ab ipso excommunicatum per 130. annos; & tunc primum eum generasse liberos ad similitudinem suam. Namque omnibus istis annis quibus sub Anathemate Excommunicationis vixit, genuit (secundum hos nugatores,) *Spiritus*, *Dæmones*, ac *Spectra nocturna*. Sunt quidem inter ipsos qui dicant, *Spiritus* istos ac *Dæmo-*
nes

omnes apparitiones Angelorum. Verum malos Dæmonas (ut jam ante notaverat resurrectionem (fundamentum sane nostrum) tantum, verum & irriderent; uti patet in Evangelio Salvatori nostro proposita, Matth. c. 23. & Marci cap. XII. v. 23. &c.

omnes
ipsam
negatio-
ne
4. &c.

CAP. VI.

Judæorum modo nominatorum commenta

lis, de

Lilith, aliisque ejusdem commatis figmentis: de Dæmonibus seu Diabolis masculini sexus ab Adamo, ac foemini ab Eva, procreatis. De Diabolis secundo Creationis die creatis: de Sammaële, Asmodæo &c. De Azazele, ac Judæis Diaboli per munera corruptoribus. De Diabolis a Nahema sorore Tubalcain procreatis. De Angelis e cælo ad filias hominum delapsis, ac Diabolis hinc enatis. De Interpretationibus Græcis tam ratione locorum Esaiæ XIII. & XXXIV. quam & aliorum; collatis interim & aliis Interpretibus.

QUæ de origine Dæmonum malorum ulterius confin-
xerunt *Pharisæi* ipsorumque sequaces *Talmudici*, sunt, *Adamum* cum a Deo reprehenderetur, quod de arbore vetita comedisset, fuisse simul ab ipso excommunicatum per 130. annos; & tunc primum eum generasse liberos ad similitudinem suam. Namque omnibus istis annis quibus sub Anathemate Excommunicationis vixit, genuit (secundum hos nugatores,) *Spiritus, Dæmones, ac Spectra nocturna*. Sunt quidem inter ipsos qui dicant, *Spiritus* istos ac *Dæmo-*

nes

nes progeneratos fuisse, ex nocturno feminis fluxu interea temporis, dum ab uxore sua *Eva* separatus fuit: At *Bensira*, aliique post illum, ejusmodi fabulam narrant. Interrogatum, nempe, fuisse hunc *Bensiram*, (seu *Ben Siram*) a *Nebuchodonosare*, cur ante octavum diem morerentur multi infantes; ac quid sibi vellent tria illa nomina סמנגלופ סנסנוי סנסנוי *Senoi*, *Sansenoi*, *Samangeloph*, quæ pergameno inscripta viderat? Respondisse verò *Ben Siram*, *Adamo* primùm fuisse uxorem *Lilith*, quæ originis causâ superbiens, quia ex eadem cum illo terrâ fuerat creata, noluerit ei sese subicere, & recitato *Nomine Jehovæ* [*Schemhamphorasch*] avolaverit, atque ita e viri conspectu ablata fuerit. Quæ uxoris pervicacia, cum *Adamo* esset permolesta, atque is apud Deum super hac re graviter conquereretur, Deum ipsius quæstibus permotum, misisse tres *Angelos* appellatos *Senoi*, *Sansenoi* & *Samangaloph*, qui ipsam infecuti sunt ac demùm affecuti prope mare rubrum, atque interminati, nisi rediret quamprimum ac viro morigera foret, se ipsam demersuros, & præterea 100. ex ipsius liberis quotidie interfekturos. Illam vero, denegato quidem reditu, de liberis accepisse conditionem; ac de cætero dixisse: Dimitte me; eò quod in istum finem creata sum, ut pueris sim infesta; maribus nempe intra diem ab ortu octavum, foeminis verò intra vicessimum. Attamen promitto ac sancte juro, in nomine Dei viventis, me istis esse parsuram, quoties videro vos ipsos, aut nomen, aut figuram vestram Amuleto cuiquam impressam. atque hinc fieri, quod in dies pereant 100. Diaboli; ac pueris statim ab ortu pro amuleto appendantur nomina istorum trium Angelorum: ut sic *Lilith*, memor juramenti sui, sit infantibus illis propitia. Quæ amplius narrata (seu conficta) videantur apud ipsum *Ben Siram*, ac *Buxtorfium*, in *Lexico* ipsius *Talmudico*: modo non omittantur illa quæ, ubi forte

*Sunt avidæ volucres; non quæ Phineia mensis
 Guttura fraudabant, sed genus inde trahunt.
 Grande caput: stantes oculi: rostra apta rapinæ:
 Canities pennis, unguibus hamus inest.
 Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes;
 Et vitiant cunis corpora rapta suis.
 Carpere dicuntur lactantia viscera rostris;
 Et plenum poto sanguine guttur habent.
 Est illis STRIGIBUS nomen: sed nominis hujus
 Causa; quod horrenda stridere nocte solent.
 Sive igitur nascuntur aves, seu carmine fiunt;
 Næniæque involucres Marsa figurat anus;
 In Thalamos venere Procæ. Proca natus in illis
 Præda recens avium quinque diebus erat.
 Pectoraque exsorbent avidis infantia linguis.
 At puer infelix vagit, opemque petit.*

Nesciebant hi miseri homines illud *Senoi*, *Sansenoi* &c.
 non deërat tamen ipsis tandem medicamen & solatium; quod
 non minus erat virtute, atque magis etiam illo convenie-
 bat, quod *Tobias* olim ab Angelo comite didicerat. Audi
 igitur qualenam fuerit: nam *Cor* & *fibræ* (procul omni du-
 bio *Hepatis*) hic quoque adhibebantur: sed ipsum audia-
 mus Poëtam:

*Territa voce sui nutritrix accurrit alumni;
 Et rigido seëtas invenit ungue genas.
 Quid faceret? color oris erat qui frondibus olim
 Esse solet seris, quas nova læsit Hyems.
 Pervenit ad Granen, & rem docet. Illa timorem
 Pone; tuus sospes dixit, alumnus erit.
 Venerat ad cunas: flebant materque paterque.
 Siftite vos lacrymas, ipsa medebor, ait.
 Protinus arbutea postes ter in ordine tangit*

Fronde:

*Fronde: ter arbutea limina fronde notat.
Spargit aquis aditus, sed quæ medicamen habebant:
Extaque de porca cruda bimestere tenet.
Atque ita, Noctis aves. extis puerilibus, inquit,
Parcite: pro parvo victima parva cadit.*

COR PRO CORDE, precor, PRO FIBRIS SUMITE FIBRAS.

*Hanc animam vobis pro meliore, damus.
Sic ubi libavit, profecta sub æthere ponit,
Quique sacris adsunt, respicere illa vetat.*

*Virgaque fanalis de spinâ sumitur alba:
Qua lumen thalamis parva fenestra dabat.*

*Post illud nec aves cunas violasse feruntur;
Et rediit puero, qui fuit ante, color.*

Obstrepat hîc interim Plinius, qui (licet inter mendacio-
rum ac fabularum patronos a multis dudum habitus fuerit;
quique nihilominus ubi vult ejusmodi nugarum egregius
censor, imò & derisor, est) tamen ita de his *Strigibus* lo-
quitur: *Fabulosum arbitror de Strigibus, ubera ea infan-*
tium emulgere. Esse in maledictis jam antiquis Strigem con-
venit: sed quæ sit avium constare non arbitror.

Nec mirum talia protulisse hunc Plinium; qui omnes
quoque operationes Magicas, totamque adeò Magiam ipsius-
que fundamenta directe aut indirecte deridet atque exhibi-
lat.

Alii hâc solâ *Lilith* minime contenti (videantur R. E-
lias, in Tisbi, aliique) nugantur quatuor esse matres Dæ-
monum nempe *לילית נעמה אונורת ומחלה Lilith, Naha-*
ma, Ogeret & Machalath: unde *Dæmonas* quotquot sunt,
per istos 130. annos, per quos ab *Eva* abstinuit *Adam*,
ille procreaverit.

Quid, quod & alii hanc *Dæmonum* Originem non soli
Adamo, verum & *Eve* quoque adscribant? dum dicunt,
omnibus istis 130. annis, quibus excommunicatione illa ab

Adamo separata fuit, fuisse etiam *SPIRITUS MASCULOS* *incalescentes ab eâ* [i. e. concubuisse cum ipsâ] ipsamque ex iis concepisse ac peperisse; *SPIRITUSQUE*, vicissim, *fœminas incaluisse ab Adamo ac peperisse ex illo*; hos nempe *SPIRITUS MASCULOS*, illas vero *SPIRITUS* *sexûs fœminei*. ut inde vocem *דמוֹן* *Dæmonissa*, seu *Dæmonem fœminini generis*, minus miremur.

Ut autem *Lilith* ex pene communi *Judæorum* posteriorum consensu (paucis admodum qui magis sapiunt exceptis) *Dæmon fœminini generis* habita fuit, atque adhucdum est; sic tamen in *Targum Jobi* cap. I. v. 15. *Est Regina Samargat*: quæ ipsis *Judæis* concilianda relinquo: nisi hæc posterior *Lilith* ob malignam indolem mores aut actiones ita fuerit appellata. Interim fabula manet.

Præter istos tamen ab *Adamo* procreatos, erant adhuc alii *Dæmones* jam ante creati a Deo; ac quidem (uti in *Pirke Eleazer* habetur) *secundo Creationis die*. *Eo die enim* (ut ipse refert) *Octo res fuere creatæ*, *Puteus* (*Abyssi*) *Man*, *Pluvia*, *Scriptura Legis* [de ipsa Lege, paulo ante narraverat, quomodo Deus cum illa de Creando mundo consilium inierit, ipsiusque Legis cum Deo Colloquium *מלא סעודים* recitaverat] *Scriptura Legis* (in tabulis *Decalogi*) *Tunicæ Adami & Evæ*, (quas tamen post lapsum exuere cogebantur, aliasque ex pelle serpentis confectas induere) & denique *Dæmones* [NB.] *noxii*: quibus tamen & *ignem Gehennæ* & *Angelos Bonos* superaddit.

Horum malorum autem *Dæmonum* expulsoꝝ e cælo, propter lapsum *Adamum*, faciunt *אשמוּדאי* *Asmodai* (qui cum iisdem sociis suis, uti perhibent, *Salomona* expulit Regno suo;) quem tamen multi ipsorum eundem esse putant cum *שַׂמַּאֵל* *Sammaële*, qui *Angelus mortis & Princeps aëris* appellatur; cuique tanquam *judicii advocato*, *dant*, seu *offerunt*, *munus in die propitiationis*, ne *Judæos* propter peccata accuset.

Ita

Ita enim habetur in Pirke Eleaser cap. XLVI. *Isto die quo Lex fuit lata, dixit SAMMAEL coram Sancto Ben. Domine mundi, SUPER OMNES POPULOS MUNDI dedisti mihi potestatem non vero in Israëlitas. Respondet illi: En habes in illos potestatem in die Expiationis, si habuerint peccatum: si vero non, in illos non habebis potentiam. Idcirco [NB.] dant illi munus die Expiatorio; ne irritum reddat Israëlitarum sacrificium.*

Vide hîc jam *Judæos Diaboli per munera corruptores!* Ac quammaxime hîc ad Ethnicismum accedant ii, qui eum tantopere alias abominantur! forsan hoc mansit inter multos (non omnes enim ita sentiunt) ex reliquiis fermenti *Chaldaici*, atque ipsorum *Zabiorum*; qui, teste Maimonide, More Nevochim (saltem multi inter illos) colebant *Dæmones*, credentes eos habere formam *Hircorum*, ac propterea eos *Seirim* (סֵרִימ) appellabant.

Quomodo autem hic jam dictus *Sammaël* inequitaverit serpenti, camelo simili, cum *Evam* deciperet ac seduceret; quibusque modis *Diabolus* sese visibilem reddiderit [exemplum unicum suffecerit ex Gemara Sanhedrin, cap. XI. in historia *Batsabæ*] qualibusque demum mediis procurari queat, ut is sese hominibus visibilem reddat; illa ex ipsis nugatoribus (ut hîc tædiosum nimis) peti velim.

Ut vero adhuc clarius videamus quam parum *Judæorum* Traditiunculis atque explicatiunculis (ut sic loquar) sit tribuendum: consideret æquus Lector quæ ipsi de *Azazele* nugantur, ac quam multa sapius confingant, ut aliquam *Scripturæ* interpretationem (uti ipsis videtur) commodam, ubi obscura nimium illa est, extrudant. Adducam non mea verba, sed maximi certe (& meritis quidem suis in *Republicam Literariam*) *Bocharti*, ubi in *Hierozoico* de *Azazele* ex professo loquitur: *Locus postulat ut discutiamus quid sit אַזַּזֵּל Azazel, Levit. XVI. ubi legitur v. 8. Aaron for-*

tes jacet super duos Hircos, sortem unam Domino, & sortem unam אזאזל Azazeli. Et versu 10. Et Hircus in quem ceciderit fors, Azazeli stabit vivus coram Domino, ut per eum fiat propitiatio, & mittatur ad Azazelum in desertum. Et versu 26. Et qui miserit Hircum ad Azazelem, lavabit vestes suas, &c. In iis locis quid proprie sit Azazel, magno molimine querunt Interpretes, neque dum [NB] id constat satis. Prudentiores [NB.] vocem Hebraeam relinquunt אזאזל, ut e multis interpretationibus Lectori libera sit optio. Ita Jonathan, Onkelos, Samaritanus & plerique recentiorum. Aben-Ezra in hac dictione magnum aliquid mysterium subesse significat, quod nemo possit capere ante annos virilitatis. Multis Azazel est nomen montis, in quem Hircus deducebatur. R. Selomo הר הזעזעל Azazel est Mons asper, et confragosus, angustus et celsus, qui versu vigesimo secundo dicitur terra גורר i. e. ab aliis divulsa et excisa.

Post quæ atque alia plura eruditissime in hanc rem tractata tandem pergit: Et Julianus Apostata hoc Mosis loco abutitur, ut eum scripsisse probet ὡς ἐπὶ ἀποτροπαίων, i. e. de Dis averruncis, quod multis refellit Cyrillus libro nono in Julianum. Sed & inter ejusdem Cyrilli Epistolas unus extat bene longa ad Melitenis Episcopum Acacium περὶ τῶν ἀποτροπαίων; quæ in eos acriter disputat, qui ex eo, quod in Græca versione legerant, in duos Hircos jactas fuisse sortes, unam Domino, & alteram τῶν ἀποτροπαίων, colligebant ex duobus Hircis unum quidem Deo ad sacrificium deputari, τὸν γὰρ μὲν ἕτερον ἀποτροπαίῳ ἔτι, ἔτι τῶν ἁγίων, ἔτι ἀναστὰς δαίμον περιφθίνων & τὴν ἕνθεον, & τὸ τοῦ ἁγίου ἱερῆς, & ἐν νομῆς ἱερῶς μακρῶς, alterum autem ad averruncum aliquem malum & impium Daemonem in desertum fuisse amandatum, idque per sacram manum, atque ex decreto Legis.

Nec

Nec est, quod quis hic dicam scribat Græcis interpretibus, quasi ambigua versione huic errori ansam dederint, cum ex Hebræis etiam in hunc eundem lapidem multi impegerint. Ita MENACHEM, in Leviticum, ex hoc loco colligit אַזַּזֵּל AZAZEL unum esse ex quatuor Dæmonum antesignanis, quorum, hæc sunt nomina, si recutito credimus, אַזַּזֵּל, מַכַּחֲזֵּל, סַמַּמֵּל, אַזַּזֵּל, SAMMAEL, AZAZEL, AZAEL, MACHAZEEL. At in capitulis R. Eliezer, AZAZEL Dæmon idem qui SAMMAEL; cui cur Israëlita Hircum obtulerint die Propitiationum, prout concludere se putat ex verbis Mo- sis, en tibi jocularum rationem, ex cap. 46. Die, quo data fuit Lex, Deum Sanctum & benedictum ita compellavit SAMMAEL: Domine mundi, CUR IN RELIQUOS TOTIUS ORBIS POPULOS mihi dedisti potestatem præ- ter solos Israëlitas? Respondit Deus, etiam in illos habebis potestatem, si die Propitiationum peccatum in illis inveneris. At si peccati sunt expertes, nihil erit tibi juris in illos.

לפיכך היו נוהגין שוחד ליום הכפורים לסמאל שלו ובטל קרבנם שנאמר גורל אחד ליהוה וגוראל אחד לעזאל גורלו של הקב"ה הוא קרבן העולה וגורל עזאל שעיר חטאת כל ידועו של ישראל עליו: Ideo Sammaeli dant munus in die Propitiationum, ne irritam reddat ipsorum Oblationem. Hinc dicitur, una fors Deo, altera Azazeli; & fors Azazelis est Hircus peccati, super quem sunt omnes iniquitates Israëlitis.

Hinc legas in libro Caphor. pag. 71. prout citat Buxtorfius, Synagogæ cap. 21. Judæos ideo Sathanæ dedisse munus, ut illius oculos præstringerent, ne ab illo accusarentur; quia scriptum est Exod. xxiii. v. 8. Munus excæcat oculos videntis. Alii Sathanam asserunt hoc uno die nihil posse, atque inde esse quod literæ numericæ nominis אַשְׁמֹן, i. e. Sathanæ, valent 364, quia per anni dies totidem imperium suum exercet in homines, nec ullus excipitur in toto anno, præter

præter diem quem diximus. Valentinianos quoque Azazelem pro Dæmone habuisse suadent veteris Poëtæ Christiani carmina in Marcum, Valentini discipulum, qui præstigiis suis credebatur spectatoribus illudere:

Εἰδωλοποιὲ Μάρκε, ἢ παραποσκόπε,
 Ἀσρολογικῆς ἔμπειρε, ἢ μαγικῆς τέχνης,
 Δι' ὧν κερταίνεις τ' πλάνης τὰ διδάγματα,
 Σημεῖα δεικνύς τοῖς ὑπὸ σὺ πλανομένοις,
 Ἀποστατικῆς δυνάμεως ἐγχειρήματα,
 Ἄ σοὶ χρονηαὶ σὸς πατήρ Σάταν ἀεὶ,
 Δι' ἀστρολογικῆς δυνάμεως Ἀζαζήλ ποιεῖν.

Hos versus ex Irenæo citat Epiphanius Hæresi 34. & vir doctus ita reddit:

*Idola fingens Marce, monstrorum artifex
 Fraudisque, quare Magicæ & astrorum sciens,
 Erroris inde dogma pestiferum struis.
 Portenta cæca ficta dum turbæ exhibes,
 Per te rebellis qualia aggreditur manus:
 Hoc tu illa Satanzæ fretus auxilio patris
 Azazelique mira designas ope.*

Quin hodieque in Magorum libris Azazel inter Dæmones, qui elementis præsent. Sed hæc commenta, præter Cirillum de quo diximus Theodoretus, Hesychius & Procopius merito rejiciunt. Cum nihil quicquam fingi potuerit absurdius, quam Deum ex duobus Hircis alterum sibi, alterum Diabolo destinasse, & offerri jussisse. Cum sequentis capituli versu septimo sacrificare Dæmonibus vetet disertis verbis. Et ille ipse Hircus qui servabatur vivus, CORAM DOMINO SISTI jubeatur, Levit. xvi. 10. Itaque Hircus uterque Deo fuit ex æquo devotus, & solum differebat in offerendi modo. U-nus enim super altare mactabatur, alter in desertum vivus emittebatur.

At **נחמה** *Nahema* soror Tubalcaini hîc nos quoque inturbat; ut ex qua (tradente id Elia, in Tisbi, ex Rabinorum sententia) plures *Dæmones* nati fuere.

Fuerintne hæc *Dæmones* *fæminini generis* quoque quibus cum sese commiscuere filii Dei, i. e. *Angeli*, an vero aliæ ab Eva procreatæ, hoc Rabinis isti dispiciendum trado. Hoc ab ipsis accipimus, Angelos malos, primum & ante ceteros creatos, e cælo lapsos, humanamque formam indutos amasse filias hominum ac procreasse Gigantes.

Quæ superstitiosa non solum, verùm & absurdi plena, opinio, a Judæis quoque ad Christianos transitum fecit; nisi quod, cum Judæi hæc *malis Angelis* adscriberent (**מלאכי רע** scilicet, ipsiusque socio **מכשפים**, uti in Targum Jonathanis ad Genes. capite vi. habetur) primitivæ Ecclesiæ Christiani; id *malis Dæmoniis* seu *Diabolis*, attribuere maluerint.

Patet hoc ex Justino, Tertulliano, Cypriano, aliisque Scriptoribus Ecclesiasticis; quorum primus in Apologia prima, ita loquitur: "Ο ἱ ἀγγελοι ὡς βλάπτοντες τὴν δευτέρα τάξιν, γυναικῶν μίξεσιν ἠπήθησαν, καὶ παῖδας ἐτέκνωσαν, οἱ εἰσιν οἱ λεγόμενοι δαίμονες· καὶ προσέλι λοιπὸν τὸ ἀνθρωπείον γένος ἑαυτοῖς ἐδέλωσαν· τὰ μὲν ἀφ' φόβου καὶ πικρῶν, τὰ δὲ ἀφ' διδαχῆς θυμάτων καὶ θυμαμάτων, καὶ ἀπονδῶν, ὧν οὐδεὶς γέγονασι μὲν πάθεισιν ἠπιθυμῶν δαλωθῆναι: καὶ εἰς ἀνθρώπους φόβος, πόλεμος, μοιχείαι, ἀκολασίας, καὶ πᾶσαν κακίαν ἑσώφρα. ὅθεν καὶ ποιηταὶ καὶ μυθολόγοι, ἀγνοῦντες τὸς ἀγγέλους, καὶ τὸς ἐξ αὐτῶν γεννηθέντας δαίμονας, ταῦτα παραξάμεις ἀρετῆς καὶ θυλείας, καὶ πόλεως καὶ ἔθνης, ἀσφ' συνέγραψαν, εἰς αὐτὸν τὸν θεόν, καὶ τὸς ὡς ἀπ' αὐτῶν σποράς γενομένους υἱούς, καὶ τὴν λεχθεύσαντων ἐκείνου ἀδελφῶν καὶ τέκνων ὁμοίως τῶν ἀπ' ἐκείνων, Προφῶντων καὶ Πλάτωνων, ἐνεγράψαν. ὀνόματι γὰρ ἔχρατον, ὡσφ' ἔχρατον ἑαυτῶν τὴν ἀγγέλων, καὶ τοῖς τέκνοις ἔθετο, προσηγήθησαν. *Angeli autem ordinationem eam transgressi, cum mulierum concubitus causâ amoribus sunt victi, tum filios procrearunt eos, qui DÆMONES sunt dicti, atque ita insuper reliquum genus huma-*

Q

humanum in servitutem suam redegerunt. Id vero effecerunt vel per scripta Magica, vel per errores & supplicia, vel etiam per institutionem victimarum & incensorum & libationum; quarum indigentes esse cœperunt, postquam animi perpeffionum & concupiscentiarum servi sunt effecti: atque exinde inter mortales cades, bella, adulteria, libidines & vitiositatem malitiamque [utor hîc versione Langii] omnem disseminarunt. Unde Poeta & fabularum scriptores ignorantes ANGELOS ET EX IPSIS PROGENITOS DÆMONES, hæc in masculos & fœminas, atque in urbes & nationes perpetrasse, quæ ipsi conscripserunt, in ipsum Deum, & tanquam satu ipsius prognatos, fratrumque ejus qui dicti sunt, Neptuni, Plutonis, liberorumque itidem ab illis procreatorum filios retulerunt. Nomine enim quisque suo, quod Angelorum quilibet sibi ipsi & gnatis imposuerat, appellarunt.

Multa certe, in his Justinii verbis, notari ac redargui possent; sed pergo ad Tertullianum, qui Apologetici cap. 22. sic loquitur: *Sed quomodo de Angelis quibusdam suâ sponte corruptis corruptior gens Dæmonum evaserit, damnata a Deo cum generis auctoribus, & cum eo quem diximus Principem [Satanam principem hujus mali generis paulo superius nominaverat] apud literas sanctas ordine cognoscitur.*

Si interim consideremus unde tales opiniones in primum Christianismum irrepserint, non solos ferioris ævi Talmudicos, aut priores ipsis Targumistas, iis imbutos fuisse reperiemus; verum etiam Fl. Josephum ac Philonem Judæum, quos tanti semper (ac præcipue quidem Philonem) fecerunt Veteres Christiani. Horum prior namque ita paucis verbis de Angelis loquitur: Πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι ἔσονται ἰσχυροὶ καὶ ἐπιτεταμένοι. &c.

Quod attinet ad Philonem, is non contentus filiis Dei illos in Angelos Dei transformat, dum & textum Græcum hoc frequenti modo affert, ipsique explicando adhuc magis absurda

furda subjungit : Ἰδόντες ἢ οἱ ἄγγελοι τῶ Θεῷ τὰς θυγατέρας τῶ ἀνθρώπων ὅτι καλὰ εἰσιν ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐπὶ πασάντων ἐξελέξατο. ἄλλοι Φιλόσοφοι δαίμονας, ἄγγελους Μωσῆς εἶπεν ὀνομάζειν ψυχὰς δ' εἰσὶ τῆ ἀέρος πετόμεναι ἢ μηδεὶς ὑπολάβει μύθον εἶναι τὸ εἰρημόρον· ἀνάσκει γὰρ ὅλον δι' ὅλων τὸ κοσμον ἐψυχῶσθαι τῶ φράτων ἢ χειρῶν μερῶν ἐκείτῃ τὰ οἰκεία ἢ πρόφραζα ζῶα περὶ εἰχοντῶ, γὰρ μὲν τὰ χερσαῖα, θαλάσσης ἢ ἢ ποταμῶν τὰ ἐνυδρα, πυρὸς ἢ τὰ πυρίνα. (λόγῳ ἢ ἔχει ταῦτα καὶ Μακεδονία μάλιτα γινεῖσθαι) ἔραντ' ἢ τῆς ἀέρας· ἢ γὰρ ἔτοι ψυχὰς ὅλας δι' ὅλων ἀκνηστοί τε ἢ ἰσθαί, παρ' ὃ ἢ κύκλω κινῶν) τῆ συγγενεσάττω καὶ κινήσιν γὰρ γὰρ ἕκαστῶ αὐτὰ ἀεραυφίεσθαι. ἔτι ἐν ἀναγκαῖον καὶ τὰ ἀέρος ζώων πεπωλωῶσθαι. ταῦτα γὰρ ἡμῖν εἰσιν ἀόρατα, ὅτι περὶ καὶ αὐτὸς ἔχει ὁρατὸς αἰδήσθαι.

Cum vero viderent Angeli Dei, quod filiae hominum essent pulchrae sumebant sibi uxores quas ex omnibus elegerant. Quos alii Philosophi Demonas, eos Moses Angelos nominare solet. Sunt vero animae per aërem volitantes. Neque existimet aliquis fabulam me narrare. Necessè enim est totum mundum per omnia animari; unaquaque primarum & Elementarium parte sibi familiaria ac convenientia animalia complectente; terra quidem terrestria, mari ac fluminibus aquatilia, igne vero ignigena (quae, uti fama est, maxime in Macedonia versantur) caelo vero astra. Namque & haec tota sunt animae per omnia imper mixtae & Divinae: quare & in circulum moventur; qui motus est menti maxime proprius. Singula enim mens istorum purissima est. Necessè igitur est & aërem animalibus impleri; quae nobis quidem invisibilia sunt quoniam ipse (aër) invisibilis est.

Septuaginta, sic dicti, Interpretes habent ἦοι τῶ Θεῷ, Codex Alexandrinus, tamen, cum Josepho ac Philone οἱ ἄγγελοι τῶ Θεῷ, dum Aquila ἦοι τῶ Θεῶν, Symmachus τῶ δυνασθῶντων, vertunt. Quocum tum Onkelos, tum praetensus ille Jonathan Pentateuchi interpres; concordant. Quod in hoc Jonathan plane mirum: quod is perpetuò pene nugetur; uti & hinc

hinc aperte satis patet; quod *ista filia hominum* (hoc testante Paraphraſte) *fricarent faciem & discernerent capillos, ambulantes cum manifestatione carnis, & cogitatione ſcortationis.*

Nunc certe tempus poſtulat ut progrediar ad *Tobiam* ac reliquos *Libros Apocryphos*, ut conſideremus & ibi progreſſum *δεισιδαίμονιας*.

Verùm antequam ad *Tobiam* cæterosque iſtos libros Apocryphos deveniam, locus poſtulat, ut *de Interpretibus Sacrorum Bibliorum Græcis* (qui tam Prophetica quàm Hagiographa, ita dicta, Scripta verterunt) quoque aliquid dicam.

Hi igitur Interpretes vocem *שעירים* *Shirim* (quàm *Pentateuchi* Interpres, ſive Interpretes, *ματῆα*, uti & *Chronicorum* Interpres *τοῖς εἰδώλοις καὶ ματῆαῖσι*, verterant) *Dæmonia* transferunt; aliaque plura monſtra Sacris auctoribus incognita imprudenter, ne dicam plane impudenter, intrudunt. Hebræa enim verba habent: *וְלֹא יְהִי שֵׁם עֲרִיבֵי וְרַעִים לֹא יִרְבְּצוּ שָׁם*; *וְרַבְצוּ שָׁם צִיִּים וּמְלֹאוּ בְתִיחָם אֱחִים וּשְׁכֵנוֹ שָׁם בְּנוֹת יַעֲנָה וְשַׁעֲרִים יִרְקְדוּ שָׁם*; *וְזַעֲנָה אִיִּים כְּאַלְמִנוֹתָיו וְתַנִּים בְּהִיכְלֵי*; *עֲנַן בּוֹקְרֵי לְבֹא עִתָּה וַיְמוֹה לֹא יִמְשְׁכוּ*. At verſio Græca illa reddit: *ἔδὲ μὴ διέλθωσιν αὐτῶν Ἀράβες, ἔδὲ ποιμῆδες ἔμὴ ἀναπάυσον ὅτι αὐτῆ. Καὶ ἀναπάυσον ἔκει ἡγεῖα, καὶ ἐμπεληθήσονται αἱ οἰκίαι ἡχῆς καὶ ἀναπάυσον ἔκει σερῆνες, καὶ δαίμονια ἔκει ἐρχήσονται, καὶ ὄνοκένταυροι ἔκει καὶ τριχίθασσι, καὶ νεοροποπήσασσι ἐχίνου ὅτι πῖς οἰκοῖς αὐτῶν. Sirenes* igitur hîc habemus, & *Onocentauros* & *Dæmones*; ac vulgata verſio, hanc temere ſatis ſecuta, habet: *Nec ponet ibi tentoria Arabs, nec Paſtores requieſcent ibi. Sed requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus ipſorum Draconibus, & habitabunt ibi ſtruthiones, & Pilofi ſaltabunt ibi, & reſpondebunt ibi ululæ in ædibus ejus, & Sirenes in delubris voluptatis.*

Secundus locus eſt: cap. 34. v. 13. *וְעִלְתָּה אֲרָמְנִיתָה סִירִים*; *קָמוּשׁ וְחוּחַ בְּמִבְצָרוֹ וְהִיתָה נוֹה תַנִּים חֲצִיר לְבְנוֹת יַעֲנָה*; *וּפְגָשׁוּ צִיִּים אֶת אִיִּים וְשַׁעֲרֵי עַל רַעְחוֹ יִקְרָא אֶךְ שֵׁם הַרְגֵעֲתָה לִילִיתָ*.

לילית ומצאק לה מנוח: שמח קננה קפח ותמלש ובקעה ותגרה
 Græci Interpretes:

Καὶ ἀναφυήσθ' εἰς τὰς πόλεις αὐτῶν ἀκάνθια ξύλα, καὶ εἰς τὰ ὄχρῳματ'
 αὐτῆς· καὶ ἔσθαι ἐπαύλεις σειρήνων, καὶ αὐλὴ σφραγῶν. καὶ σταντήσασσι δαι-
 μόνια ὄνοκενταύροις, καὶ βοήσων· ἕτερον ἔτερον ἐκεῖ ἀναπαύσων·
 ὄνοκενταύροις ἔυροντες αὐτοῖς ἀνάπαυσιν. Ἐκεῖ ἐνόσθυσεν ἐχίνου, καὶ ἔσωσεν
 ἢ γὰρ τὰ παῖδια αὐτῆς μετ' ἀσφαλείας, ἐκεῖ συνώτησαν ἔλαφοι καὶ
 εἶδον τὰ σφάσσαπα ἀλλήλων. *Vulgata vero habet: Et Orientur
 in domibus ejus spine, & urtica, & Paliurus in munitioni-
 bus ejus: & erit cubile Draconum, & Pascua Struthionum.
 Et occurrent DÆMONIA ONOCENTAURIS, ET PI-
 LOSUS CLAMABIT ALTER AD ALTERUM: ibi cu-
 bavit LAMIA & invenit sibi requiem. Ibi habuit foveam
 Ericius, & enutrivit catulos & circumfodit, & fovit in um-
 bra ejus: illuc congregati sunt Miloi, alter ad alterum.*

Quæ hic maxime, præter השעירים (de quibus modo
 dictum) notanda sunt animalia, sunt illa quæ in S. Scriptura
 appellantur הזיים והאיים, ZIIM & IIM de quorum prio-
 ribus Clarissimus Bochartus (in Hierozoico) ita loquitur:
 Interpretes de voce זיים mire ambigunt. Seniores θηρία, δαι-
 μόνια, ἰνδάλματα. Syrus reddit ١٢٠٠٠ FERAS ١٢٠٠٠ Spiritus
 ١٢٠٠٠ SIRENES. Arabs الوحوش FERAS احماس
 DÆMONES اصنام IDOLA. *Vulgatus BESTIAS, DÆMO-
 NIA, DRACONES. Chaldæus תמן CERCOPITHE-
 CAS. Abarbanel הקופים SIMIAS. Selomo נמיוں MAR-
 TES. Kimchius & Aben Ezra, BESTIAS HABITAN-
 TES בציה IN LOCO ARIDO ET SITICULOSO.
 Munsterus, LAMIAS. Castalio, SILVANOS. Pagninus,
 BESTIAS SYLVESTRES. Junius, FERA ANIMA-
 LIA. Aquila, Symmachus, Theodotion & Arias maluerunt
 vocem Hebræam intactam relinquere, quam Lectoris animum
 dubia versione suspendere. De Posterioribus (איים scilicet) ita
 idem ille eruditissimus Literator, [post caput de Phœnice ave,
 quam*

quam quoque in Sacra Scriptura multi ex veteribus invenire se credebant, dum Græcos Interpretes, qui Hebream vocem פִּוִּיִּם vertunt, ridiculum in modum secuti, arborem in Avem Phœnicem convertebant legentes *Justus ut Phœnix* (avis sc.) *vivet*] ita loquitur: *Eliminato Phœnice, jam majora monstra sunt debellanda, FAUNI FICARII, SATYRI, LAMIE, STRIGES, SIRENES, ONOCENTAURI. Quorum omnium nomina legere est in Esaiæ & Jeremiæ interpretibus: sed minore cum periculo, quia ibi non proponuntur ut animalia quæ vere existant, sed tanquam spectra Dæmonum in solitariis locis apparere solita. Jurabit tamen perpendere quo jure quæve injuria in Sacrum textum irruerint tot voces ex Fabulis Poëtarum petita.*

Hebream vocem פִּוִּיִּם nos suo loco THOAS, Hieronymus FAUNOS FICARIOS explicat Jer. 50. v. 39. Emmanuel Sa legi vult FATUOS SICARIOS; quomodo dici putat DÆMONUM GENUS SICARIORUM SPECIE APARENTIUM.

Post quæ, & nonnulla alia huc spectantia subjuncta, ita pergit: Porro cur פִּוִּיִּם Hieronymus FAUNOS FICARIOS reddiderit non curvis patet. Ego rem ut potero edisseram; פִּוִּיִּם Hebræis TERRIBILEM פִּוִּיִּם TERROREM sonat. Unde fieri putavit פִּוִּיִּם, ac si Mem servile in fine vocis pertineret ad radicem: adeoque voluit פִּוִּיִּם, esse SPECTRA quævis TERRIBILIA, quales FAUNI vel maxime: cum FAUNO terrores Panicos, & quacumque פִּוִּיִּם videntibus terrorem incutiunt, veteres Romani tribuerint.

Quibus tot ex Bocharto adductis tamen & hæc sequentia addam, nec metuo hîc exscriptoris nomen, modo quæ eo ipso mihi afferuntur, plane ad rem faciant. פִּוִּיִּם TSIIM & פִּוִּיִּם IIM in Babyloniis & Idumææ desertis describunt. Prophetæ duo Esaias & Jeremias [Esai. 13. 21. 22. & 34. 14. Jerem. 50. 3]. פִּוִּיִּם videntur esse SYLVESTRES FELES &

& **ד"א** IIM THOES, ab acuto ululatu sic appellati. Huc facit quod feles Arabice **دساون** DSAJAWINO appellantur voce non ab simili: & THOES **بنات اوو** FILIÆ AWI, quasi ululatu suo non aliud sonent quam AWI. Nec parum confirmatur ex his *Eesai. 13. 22.* ALTERNIS CLAMABUNT IIM IN PALATIIS EJUS. THOUM enim ululatum esse alternum ex Alberto, Bellonio, Scaligero, & Busbequio, scimus. Nec temere junguntur in Prophetis **ד"א** IIM & **ד"ב** TSIIM; cum FELIUM in desertis cocuntium dira vox THOUM ululatus aliquo modo referat. Proinde cum infantium vagitibus utrumque conferrî video. Hæc conjectura nostra est de vocibus jam olim parum notis, quasque Aquila, Symmachus & Theodotion nude describunt **σείων** & **είων**, **ἄδων** & **ἰγυρῆας**, propter incertam interpretationem. Seniores **ד"ב** TSIIM, **תניא**, **דאמוניא**, & **ינדלמא** reddunt, & **ד"א**, **Ονοκελαιπρς**. Hieronymus itidem **ד"ב**, BESTIAS, DÆMONIA & DRACONES habet; & pro **ד"א** ULULAS, ONOCENTAUIROS, & FAUNOS FICARIOS. In versione vernacula **ד"ב** sunt feræ ERMICOLÆ, & **ד"א**, FERÆ INSULARES. Quod non capio, quia si quæ essent feræ insulares, i. e. insularum propriæ, ea in Babylon & Idumea non habitarent. Tamen multi Hebræorum sic reddunt vocum etymologiâ freti.

Et iterum: Phœnicum lingua **רש** SIR est cautio inde factum SIRENUM nomen; quæ navigantes scilicet **λιγυρῆ** **ἰελγρον** **ἰοιδῆ**, blando cantu demulcent. Superiora sunt inferiora **רש** **רש**, passerum vel struthionum, non piscium, ut vulgus putat. Sedes in prato vel in scopulis ad maris littus. Unde mirari subit, cur toties Græci Interpretes [*Job. 38. 29. Eesai. 13. 21. & Ezech. 4. 13. Jerem. 50. 20. 39. Micha I. v. 8.*] atque ex iis Vulgatus, semel [*Eesai. 13. v. 2.*] Sirenas accenseant iis animalibus, quæ in intimis desertis procul a mari degunt. Maxime cum in fonte Hebræo nusquam compareant Sirenes; sed pro

pro iis vel דַּרְכֵי תַּנִּים dracones vel כְּנֻף יַעֲנָה *Sthruthiones*; quæ duo animalia neque inter se, neque cum Poëtarum Sirenibus quicquam habent commune. In sacro certe argumento consultissimum est, abstinere prorsus his μυθῶδοις, proximum ut iis saltem sobrie utaris, nec nisi cum res maxime postulat. A quo temperamento planè videtur aliena Sirenium in iis locis tam intempestiva mentio.

Verum ut etiam eo melius elucescat qualesnam homines fuerint Græci, tum Jobi, tum Psalmorum tum Prophetarum tum aliorum Auctorum seu librorum Sacrorum, Interpretes, consideremus (quamvis id non usque adeo proprie ad *Dæmonas* spectet, sed ad fidem ejusmodi versionibus habendam) illa quæ in Jobi cap. xl. apud Græcos, tam de *Behemoth* & *Leviathan* creatis, ut Angeli vel cum ipsis luderent, vel (si ita mavis) istis illuderent; quam de istius *Leviathanis* stupendâ magnitudine, habentur.

Versu enim 14. (post nominatos v. 6. *Angelos*, qui neque in ipso textu Hebraico nec in vulgata comparent) de *Behemoth* ita narrat: τῆτ' ἐστὶν ἀρχὴ πλάσματος κυρίου, πεποιημένον ἐγγελαπαίξεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων αὐτῶν. ac cap. 41. v. 26. de *Leviathane*: Οὐκ ἐστὶν, εἰδὲν ὅτι τῆ γῆς ὁμοίον αὐτῶν πεποιημένον, ἐγγελαπαίξεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων αὐτῶν.

At quæ de *Leviathanis* magnitudine habentur ridicula sane sunt: nempe hac sequentia (versu 26. cap. 40.) Πᾶσι ᾗ πλάτων συνελθόν ἐ μὴ ἐνέγκωσι βύσσαι μίαν ἕρπιν αὐτῶν, ἢ ἐν πλοίοις ἀλιείων κεφαλὴν αὐτῶν. *Omne naviginum conveniens non ferent pellem unam caudæ ejus, & in navigiis piscatorum caput ejus.* Ubi Olympiodorus (quæ tamen, ut Origenes aliique, hæc omnia *Diabolo* applicant) constanter βύσσαι interpretatur Φολίδα ac λεπίδα i. e. *squammas*. Quam proportionem squammæ unius e cauda cum capite, ego, fateor, minimè capio.

Mirum tamen id eo minus videri debeat, hunc vel hosce, Interpretes maximum animal tanto grandius (ut sic loquar) per-

perfecisse; cum & ipsum Jobi librum reddunt longiorem, (ut alii Græci libros Danielis & Hester, suas par Appendices) dùm post postrema textus Hebraici verba: אִיּוֹב יָרַח עֲשֶׂה לְיָמָיו
Et vixit Job 140. annis ac & mortuus est senex plenus dierum.
 Superaddunt (ne de aliis quæ præcedentibus intermiscen-
 tur, aliquid dicam) Γέγραπται παλιν ἀνατίσει αὐτὸν μετ' ὧν
 αἰήτησιν ὁ Κύριος. Ἔτι ἑρμηνεύεται ἐκ τῆ Σουελακῆς βίβλου. Ἐν μὲν
 γῆ χατοικάν τῆ Αὐσίτιδι, ἐν τοῖς ὄρεσις Ἰδουμαίας καὶ Ἀραβίας πρῶ-
 τήρχη ἢ αὐτῶ ὄνομα Ἰωβάβ. Λαβὼν ἢ γυναῖκα Ἀραβίους αὐ γυνῆ
 ἢν ἢ ὄνομα Ἐνων. Ἡ δὲ αὐτὸς μὲν πατὴρ Ζαρέ, ἢ ἡδὲ Ἡσαῦ
 υἱός, μετὸς ἢ Βοσώρας ἄστε εἶναι αὐτὸν πέμπτον ἀπὸ Ἀβραάμ. Καὶ
 ἔστι οἱ βασιλεῖς οἱ βασιλευσάντες ἐν Ἐδομ, ἧς καὶ αὐτὸς ἦρξε χρόνι-
 πρῶτῳ Βαλάκ ὁ τῆ Σεπφάρ, καὶ ὄνομα τῆ πόλεως αὐτῆ Δεναβά.
 μὲν δὲ Βαλάκ Ἰωβάβ, ὁ καλῶν ἰάβ. μὲν δὲ τῆτον Ασαὼμ,
 ὁ ὑπάρχων ἡγεμὼν ἐκ τῆ Θαυμαίτιδος χώρας μὲν δὲ τῆτον Ἀδαδ υἱὸς
 Βαρεδ, ὁ ἐκκόφας Μαδιάμ ἐν τῶ πεδίῳ Μαάβ καὶ ὄνομα τῆ πόλεως
 αὐτῆ Γεθθάμ. Οἱ δὲ ἐλθόντες πρὸς αὐτὸν φίλοι, Ἐλιφάζ υἱὸς
 Σωφάρ τῆ υἱῆς Ἡσαῦ, Θαυμαίων βασιλεὺς, Βαλδαδ υἱὸς Ἀρμών τῆ
 Χοβάρ τῆ Σαωρίτε τυράννου, Σωφάρ ὁ Μινάϊων βασιλεὺς. *Scriptum est autem ipsum rursus resurrecturum, cum quibus re-
 suscitatur Dominus.* [Olympiodorus accurate se id nosse vide-
 tur existimasse, cum addit, explicando, μὲν Νῶε καὶ Δανιὴλ,
 cum Noë ac Daniele.] *Hic interpretatione redditur ex libro
 Syriaco [quod hic Græci interpretantur Hebræo] in terrâ
 quidem Alusitide habitans, in finibus Idumææ & Arabiæ;
 & erat ei nomen Jobab. Cum autem accepisset uxorem Ara-
 bissam, generat filium, cui nomen Ennon. Erat autem ipse
 ex patre quidem Zare, de filiis Esau filius, matris autem
 Bosorra: ita ut ipse quintus sit ab Abraham. Et hi sunt
 Reges qui regnaverunt in Edom: cujus regionis etiam domi-
 natus est: Primus Balac filius Beor; & nomen civitatis
 ejus Bennada: post Balac autem Jobab, qui vocatur Job:
 post hunc autem Asom, qui erat dux ex regione Themaniti-*
 R de:

de: post hunc autem Adad filius Barad, qui excidit Midiam in campo Moab: & nomen civitatis ejus Gethem. Amici autem qui ad eum venerunt, Eliphaz de filiis Esau Themanorum rex, Baldad Tyrannus Sauchæorum, Sophar rex Minæorum.

Hæc tamen adhuc tribus versibus, hîc sequentibus adau-
cta reperimus in celeberrimo isto Codice Alexandrino, qui
tam magni æstimatur inter eruditos, atque istos præcipue
qui linguam non callent Hebraicam: Θουμαὶν υἱὸς Ἐλιφαζ,
ἡγεμὼν τῆς Ἰδουμαίας ἔτι ἔρμηνεύεται ἐκ τῆς Συριακῆς βίβλου.

Ἐν μὲν γῆ κατοικῶν τῇ Αυσίῳδι,

Ἐπὶ τῶν οὐρανῶν τῶν Ἐυφρατίου.

Προὔπαρχον δὲ τὸ ὄνομα αὐτῆς.

Γάβας ἢ δὲ ὁ πατήρ αὐτῆς

Ζαρε, ἐκ τῆς ἀνατολῆς ἡλίου.

Quæ prius adduxi pro parte desumpta sunt ex Græca
Pentateuchi versione; verum, qui ibi *Jobab* appellatur,
minime (neque in Textu Hebraico, neque ullis aliis in
Versionibus antiquis) appellatur simul *Job*. Cætera quam
bene cum ipsa S. Scriptura conveniant (male certe dicen-
dum esset) conferat curiosus Lector; ac videbit veritatem
hîc iterum veteris dicti; *Qualiacunque volunt Judæi somnia
vendunt*.

Quæ Græcus Interpres Jobi de *Behemoth* ac *Leviathane*
nugatur; illa adhuc magis Judaice, i. e. magis fabulosè, ador-
nantur, tam a Scriptore Apocrypho, ac per impias fraudes
conficte Libri quarti *Esdrae*, quam à Judæis libri Jobi Inter-
prete posterioribus. Sed antequam ista producam, proferam
locum adhuc unicum ex Psalmo LXXXI. v. 5. ubi Hebræa
quidem veritas habet: *Non timebis a pavore noctis, a sagit-
ta volante per diem, a peste &c.* Græcus verò ut *Spectra* ac
Diabolos hîc in Sacram Scripturam intruderet, habet, Οὐ
Φόβου.

φρόνησιν ἀπὸ φόβου νυκτερινῆς, ἀπὸ βέλους πετομένων ἡμέρας, ἀπὸ
 πείσματ' ἄφρονητομένου, ἐν σάτι, ἀπὸ συμπτώματ' ἡ
 δαιμονίου μεσεμβριανῆς. Ubi tamen vetus Latinus Græco pene
 nihil sapientior, (ipsūque hīc secure secutus) habet: A
 sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris,
 ab incursu, & Demonio Meridiano.

Accedendum nunc denique ad Apocrypha Græcorum ac
 Latinorum commenta: Inter quos quartus Esdræ liber mihi
 primus ordine erit, propter *Behemoth* & *Leviathan*, de
 quibus modo Græcorum nugas videre capimus. Narratiun-
 cula autem ibi talis est: Tunc autem [quinto sc. die] duo
 animantia, quorum unum vocasti *Behemoth* [aliæ editiones
 habent *Henoch*, verum male, uti existimo, ob rationes a Fr.
 Junio, aliisque eruditis, jam olim datas] alterum vocasti
Leviathan; & separasti ea unum ab altero; non enim se-
 ptima pars, ubi erat aqua congregata poterat capere ea si-
 mul. Itaque dedisti *Behemoth* unam partem, quæ tertio die
 siccata fuerat, ut habitaret ubi sunt montes mille. *Levia-*
thani vero dedisti septimam partem humidam; & servasti
 ipsum, ut devoret quos & quando volet.

Quod vero hic *Behemoth* mille Montes quotidie depasca-
 tur extundunt ex verbis Psalmistæ (Psalmi l. v. 10.) כִּי לִי
 : Quoniam mihi omnis bestia כל חיתו יער בחמות בהררי אלה:
sybæ, & animalia in montibus mille. Quæ Chaldæus para-
 phraſtes ita tranſfert: ועדת חיות הורשא לצדיקא בון עדן בעיריא דכן ותור בר דרעי בכל יומא
 : Quoniam mea est omnis fera *sybæ*, & præ-
 paravi justis in horto [Eden] deliciarum animalia munda,
 & Bovem silvestrem pascentem quotidie in mille montibus.

Ut autem Lector, huic paraphraſi debitam adſcribat au-
 thoritatem, addam, ὡς ἐν παραφραſει, quæ sequenti versu ii.
 sequuntur: גלין קדמי כל מיני עופא דפרהין באויר שמיא
 : No- יתרגול ברא דקרצולי שרין בארעא ורישיה ממי בשמיא:
 R 2

tæ sunt in conspectu meo cunctæ species avium, quæ volant in aère cælorum: & GALLUS SYLVESTRIS, cujus pedes stant in terrâ, & caput ejus attingit cælum, cantat coram me.

Verum rursus redeamus ad *Behemoth*; de quo hic nugator, quod ipsi in pasturam mille montes dati fuerint; eo quod ista septima pars mundi, qui aquas continebat [oppor- tet autem tunc longe alia forma ac constitutione mundum fuisse fabricatum] duo illa animalia capere nequiret. Ne vero pascua illi deficerent, subsidio ipsi fuere Judæi Tal- mudici; qui docent, montes istos mille unaquoque die ab hac immaniſſima bellua depastos omni subſequentē nocte nova gramina rursus producere.

Leviathanis interim non tantam curam gerunt; quod iste, nimirum, jam septimam partem solus possideat, ac devoret quos ac quando velit; pisces uti credo minores, ut majoribus semper consuetudo est. An jam versetur *Behemoth* in regionibus Australibus adhuc incognitis, ac *Leviathan* in Hispanici aliisve magni maris fundo lateat, nescio. Servantur tamen ambo in adventum istius, *Messia*; qui adhuc a recutitis exspectatur. Asserunt quidem illi ambas has belluas, marem ac foeminam (utriusque speciei) fuisse creatas; veruntamen Deum, ne totum terrarum orbem devorarent aut devastarent; marem utrumque intestabilem reddidisse; foeminas vero utrasque mactatas ac sale conditas reservasse ad convivium istud magnificum, quod prætensus ille ipsorum *Messias* daturus est. Quando etiam, ne tam durus ci- bus nimis oneret ac gravet stomachum, simul & ut cor ipsis exhilaretur, bibituri sunt vinum quod olim in Paradiso cre- vit; atque ab isto tempore sub terris bene conclusum ac munitum reservatur in usum istius convivii: in quo post multas caeremonias rex *David* poculum benedicet; uti scri- ptum est Psalmo CXVII. v. 13. *Poculum salutem accipiam;*
& na-

& nomen Domini invocabo. Cuncta enim sua ac suorum commenta ita Sacræ Scripturæ testimoniis corroborare nituntur.

Quæ vero celeberrimus Bochartus in Hierozoico (de Cetis, Cetaceis, ac de Leviathane dum loquitur) affert, hæc sequentia, ac quidem notabilia, sunt: *At Hebræi, sæpe mendaces in hoc argumento potissimum mentiuntur liberalissime. In illis modestissimi cetis 500 stadiorum longitudinem assignant, h. e. milliarium plus 60. Balenam multi volunt ideo dici נחש ברך Serpentem veētis, Esai. xxvii. v. i. Quod ab uno maris extremo ad alterum veētis instar attingat. In tractatu Talmudico BAVA-BATHRA, fol. 73. col. 2. Navis quædam in dorso ceti navigans iter ab unâ pinna ad alteram [confer hæc, quæso, cum iis, quæ de una Squamma ex Jobi Interprete adduxi] tertio demum die confecit. &c.*

Hæc atque hujusmodi nugamenta sane faciunt, ne solis Græcis occinamus: & quidquid Græcia mendax audet in Historia.

Attamen hîc sibi minimè desunt famosi isti, in Historia, Mendaciorum Patroni; uti videre licet apud Athenæum, de Sacro Geryonis pisce, qui tota Creta major erat, similibusque qui ibidem sequuntur. Ne quid etiam addamus illa, quæ de Mahone pisce, ac diabolo ipsum alloquente, Arabes nugantur; cum jam nimis procul extra oleas vagatus sim.

Non interim omittendi Angeli cap. 4^o: ab hujus quarti libri Efræ auctore adducti, Uziel nempe ac Jeremuel Archangelus: qui ut in Sacra Scriptura nullibi comparent, posteriorque solum in Magicis nomen obtinet, facile videre nobis licet; ex quonam fonte (Cabalistico, ac prætenso Magico) scaturierint. Unde autem habeat hic falsus Propheta Man esse Panem Angelorum, ab ejusmodi hominibus (Judæicis Fabulatoribus) petendum esset. Ita enim hic auctor,

Etor, quasi ex nomine Dei: *Et dedi vobis Manna in escam Panem Angelorum manducastis.*

C A P. VII.

Post illa quæ præcedenti capite de Leviathane, ac de Behemoth mille montes depascente, similibusque aliis, ac post progressum ad Apocrypha, dicta fuere, ulterius ad Apocrypha pergitur: in quibus & Lemures & Spectra (sicut apud Targumistas) & Angeli, ipsorumque apparitiones in præliis apparent. Quâ occasione quoque de Fl. Josepho Historico semipagano, deque ipsius mala fide, &c. agitur; ut de signis exitium urbis Hierosolymæ antecedentibus; de Bubone Agrippæ primò imperium, at postea mortem, prænuntiante; de Oraculis in Templo Hierosolymitano inventis (qua occasione Tacitus cum Josepho comparatur;) de Salomonis Exercismis contra Demones; de ventrilogua in Endor; de studio Sabbathico; de Magis Pharaonis; de Davide per carmina Demonum excantatore; de Jonæ pisce, ac Jonæ prædictionibus; de malignis hujus Josephi distortionibus Legis in gratiam Ethnicorum; ac denique de assumptione Mosis, &c.

UT vero Scriptor ille personatus quarti libri Esdræ de Angelis ipsorumque pane loquitur; Sic quoque ille Machabaici secundi Scriptor, frequenter satis Angelorum apparitiones fabulatur. Capite enim 5. v. 2. & 3. affirmat, *Accidisse per totam civitatem [Jerusalem] ferme ad quadraginta*